



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 511. Symmachi Pap. Annus 13. Anastasii Imp. 21.
Theodor. Reg. 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

IESV CHRPTI

Annus 511.

SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. II. THEODOR. REG. 19.

I.

CVM Secundino Felix Christi anno vndecimmo post hunc Felicem Gallum natione fuisse, scripte ad eum & alie ad Senatum ab ipso Theodorico epistole...

Die, die quod peto, Magne, die amabo, Felix nomine, mente, honore, sanã, Natis, coniuge, fratribus, parente, Germanis, genitoris atque matris...

Parentem namque ipsius eidem Felicem nominatum meruisse Consulatum, idem Theodoricum in epistola ad Senatum ita declarat: In ore quippe rumoris est, quodam Felicem adhuc vivere Consulatum...

II.

Quod rursus verò ad eundem anni huius Consulem Iunio em Felicem pertinet, idem Theodoricus in epistola ad Anastasium Imperatorem de eius Consulatu data, hæc inter cæteras vitæ laudes: Dignus planè largitibus nostris...

Maxima progenies tuisque ornata vetuste, Cuius & proavis gloria celsa sonat. Nam quicumque potens Aquitanica rura subegit, Extitit ille tuosq; in luce parcos, Germani antiqui venerabile culmen in Orbis, Laudibus in cuius militat, omne decus, &c.

At satis occasione Consulatus Felicis de eiusdem familie à Camillo derivata viris illustribus dictum, quibus clarior reddite eius purpura Consulatus, iam verò, quod ad limen anni huius diutius morari videretur, quæ in eo intro reperitur res gestæ, conficiamus.

III.

Magno planè Anastasij Imperatoris scelere Marcellinus signavit hunc annum, nempe exilio Macedonij Dilecti Constantinopolitani, cum iam sedisset annos quindecim: qui tam calamitosis exagritus, quam violentia adhibita summotus, per milites abreptus, deportatus est in exilium.

Annal. Eccl. Tom. 6.

atque in eius locum nefandus est suffectus Timotheus quod Catholica fidei maximum attulit detrimentum. At quomodo se ista habuerint, quæ præcesserint atque subsecuta fuerint, rectum gestarum ordine referamus ex Theodoro Lectore: ex quo etiam intelligi potest facta hæc esse huius anni tempore maioris hebdomadæ, quæ sanctum Pascha præcedit; more suo diabolo factis ijs diebus maiorem excitante aduersus Ecclesiam tempestatem.

At igitur: Diuisi verò ab Ecclesia, turbæ quiddam mercenaria collectæ, templum Archangeli, quod in Palatio est, die Dominica ingressi sunt: Et cum psalteri Trisagion dicerent, illi cum additione, Quærnisque est pro nobis, respondentes psallent. Sequenti die Dominica eidem in magnam Ecclesiam cum spadonibus ingressi fecerant. Populus verò eloraptus, primum vocibus reclangat, & vociferantibus ac conuiciantibus conuiciando respondit. Tandem verò Imperator cum multis manifeste Macedoniam resistens, iam monachos excommunicatos, iam ipsos primores subornat, ut nefandis conuiciis & vociferationibus Episcopum imperarent, cum quibus erat etiam Iulianus Episcopus Halicarnasi Caria, & Senerus monachus, qui & fidei & sui, fœderum facti fuerant inimici. In tanto recum fragore, cum violentia Imperatoris adeo irgeret Ecclesiam: ne si defensa veritas prostrata penitus remaneret ludibrio exposita hæreticorum: excitauit Deus spiritum etiã paruulorum, ut cum populo omnes alligerent, atque strenuè absque timore ex aduerso consisterent: nam subdit Theodorus: Populus autem cum mulieribus & paruulis infinita multitudine cum Presibus monachorum congregata, per civitatem clamant: Tempus martyrii est, ô Christiani: Patrem nemo deserat. Imperatorum verò, probris gratia, Manichæum & Imperio indignum vocant, quibus Imperator terribis portis Caria Imperiali vndique claudit, & nauigia fuge accommoda Palatio prohibet. hæc quidem eã die. Prætermissa autem à Theodoro Eutagrius ista addit: Cum postulationi Anastasij Macedoniam strenuè resisteret, fides nimis produram consistens, a seuerari: Anastasius Imperator ipse hæc contra eum tendere conatus, ad eum sanè finem, uti Episcopi spatium turbaret.

Itaque tandem accedunt adulescentes, calamitatoses, qui cum se, tunc Macedoniam flagitiosè cuiusdam facinoris salda reos arguerunt. At verò ubi Macedoniam genitalibus carere deprehensum fuit, ad alia fallacia se conuertunt, nec desisterunt quoad Consilij Celeris Anticorum ordinis Presulis: hic ante, triennium gesserat Consulatum, ex occulto sede Episcopali dimissum hæc Eutagrius, atque Nicephorus. Quæ autem præcesserint occidram eiectionem Macedonij, Theodorus Lectore narrat: Imperator cum pridè faciem se Macedonij post hæc non visurum iurasset, missa nauicio obsecrauit, ut illum saluare liceret. Populus verò, cum Ecclesia Macedoniam ingressus esset, monachos obstabat, dicens: Patrem habemus apud nos. Et quæ ad sibulam pertinabant, quibus ingrediebatur, cum laudibus ingredientem accipiebant. Et cum ingressus esset, Anastasium redarguit tamquam Ecclesia hostem. Ille verò per hypocrisim Ecclesie & Episcopo coadunari videbatur, hæc quidem eã die, quæ Anastasij complacuit se Catholice fidei consentire, & Catholicam velle cõfessione communionem. Et quæ nos de sequenti: audi Theodorus: Suspicatus Imperator, si Macedoniam inducatur, populum illi tamquam infensis spiritalitatum: noctu illum violenter abreptum Chalcedonem misit, & in ad Euchaia abduci præcepit. Sequenti verò die Timotheum quemdam presbyterum & eundem Ecclesie Episcopum elegit, quem Litrobulam & Colonom, propter facta quædam nominibus istis conuenientia, vocauerunt.

Quod ad has voces pertinet, apud Theodorum Lectorem pro vna colonem, legendum ex Cedreno & Nicephoro videtur. Est proprie edar equus admillarius: inde lumitur pro libidinolo: Suidas interpretatur bipedem de rouselav. Litrobulba verò, siue vt in alijs, Litrobulba dicitur, simile aliquid significat, tametsi eius vocis virgo nõ exponitur à lexicographis: nisi quis dixerit, ex voce Græca & Latina dicitur, quod est redimo, & bulba, quod Latine scilicet vulus, ita compositum ignominiosum vocabulum, quo significetur homo multerosus impurus, quem exprime appropositis vocibus pudeat.

Et

Pergit

Theod. Lect. Cõf. lib. 12.

IV. QUÆ COR. TKA 11. DEM CA. THEOII. CAV. 17. MACEDO. NIVM. ACTA. 1171.

V. POP. V. P. C. N. STAN. TINO. 11. ART. 11. DE. AR. DO. R. E. S. I. S. T. I. M. P. E. R. A. T. O. R. I.

VI.

h. Eutagr. 1. p. cap. 12. i. Niceph. 1. 16. c. 20.

VII. TIMO. THVS. HARATI. V. EPI. GEBVS. CONSTAN. TINOS. LITABVS.

VIII.

Apud Cõf. ad. lib. 2. ep. 2. c. 1.

Apud Cõf. ad. lib. 2. ep. 2. c. 1.

Apud Cõf. ad. lib. 2. ep. 2. c. 1.

Apud Cõf. ad. lib. 2. ep. 2. c. 1.

Extat i. Bibliot. sancti. mon. edit.

MACEDO. NIVM. EPI. SCOPVS. CONSTAN. TINOS. EPI. CIPVS. IN. EXI. LIVM.

CHRISTI 510. imorid... d ipse Ma... vero cum ad... collecti Ec... se plane Oc... edia fur... onenlu Co... articus opi... edonio con... Imperator... mouendo s...

IX.

Pergit autem Theodorus: Ecclesiam vero Timotheum ingressus non est, nec ad Liturgiam accessit, nisi prius detractis Macedonij imaginibus & insignibus. Obsecra hic, lector, ut alij in locis, motis fuisse affigij in Ecclesijs imagines & signa tunc existentium Episcoporum, sed subdit Theodorus: Supplicationes Parasceues in templo Basare, quod in Catechrysi est, Timotheus fieri excogitavit. hanc de Timotheo, sed mox ista de Severo: Iohannes Diacrimonensis de Severo scribit, quod iuramentum ab eo Imperator accepit, si Antiochenus Episcopus fieret, nullo sepulto sub pana anathematis Chalcedonensi Synodo adbasurum: deinde, quod illam, eo ipso die, quo ordinatus esset, ascenso suggestu, anathemate damnaret, Vides originem Severi, a quo dicti sunt heretici Severiani; & qui nominati erant Acephali, quod tadem nobile caput nacti: Sed ad Timotheum rursus auctor:

X.

Timotheus ab amicis rogatus, Symbolum fidei trecentorum decem & octo Patrum per singulas Synaxes dici curavit, ad reprehensionem videlicet Macedonij, quafi illo Symbolum hoc non receperet; cum antea semel tantum in anno, in Parasceue scilicet Dominice passionis, tempore, quo Episcopus catechizabat, recitatum esset. Verus & vitatus hic fuit mos hereticorum, ut quod se Catholicos populo exhiberent, Nicenum Symbolum publice recitarent. id peculiariter Nestorianis fuisse vidimus atque alijs, Arianis exceptis: quod & facere perseverant Notatotes temporis huius heretici, dum in ore prestantes Symbolum Apostolorum, Apostolicos se esse pedem dicitur, cum re vera Apostolicam & Catholicam doctrinam impugnent. Sed rursus ad Timotheum, de quo haec ad finem eius narrationis Theodorus apponit:

CXI.

Cum is, qui in monasterio Studij presuaserat, mortuus esset: abijt Timotheus in monasterium illud, ut ibi Episcopum eligeret. Is vero, qui ordinandus erat, ad eum dixit, non passurum se, ut ordinaretur a viro, qui Synodum Chalcedonensem anathemate damnasset. Respondit huic Timotheus: Anathema sit cuiuslibet homini Synodum Chalcedonensem haerentis, vel anathematizantis. Quod dicto, qui ordinandus erat, ordinationem suscepit. Iohannes autem quidam Antiochenus cum Manicheus esset, Timotheum contumelias affecit; & ad Imperatorem currens, quae gesta ab illo essent, patefacit. Imperator vocatum ad se Timotheum graviter increpuit. Ille vero negavit dicens, Anathema sit qui quos Synodum Chalcedonensem recipit. haecenus de his Theodorus: quibus plane vides incogitantiam hereticorum, temporariam pro rebus occasione fidem habentium atque mutantium; quod mille ferme exemplis superius demonstratum est.

XII.

Sed quae secuta sint post electionem Macedonij de eius sedatoribus Catholicae fidei studiosis, haec a Nicephoro accipie: Seratus populis, Constantinopolitanis eam ob causam, ob pulsum Macedonium videlicet, in magno fuit mareore: nam & vix sanctitatem, & doctrinae sinceritatem in Macedonia admirabantur. Etenim pietatis studio, digna seq. sacerdotali, & valde eminebat, ut qui a Gennadio educatus atque edoctus fuisset, cum etiam ex fratre vixisset. Contra sedatores huius postea grauius persecutio dicitur. Quidam enim exilio, nonnulli relegatione, alij accusationibus iniquis, alij honorum publicatione afflicti sunt. Multum etiam qui fugam sibi consuluerunt, Romam perueniunt, complures autem esse relegatos in Casu Thebaidoz, ait Anastasius Bibliothecarius in Chronico. At minime his contentus Imperator ob odium, quod conceperat contra Chalcedonense Concilium, haec, qui sequuntur, dicit, sic enim ait idem qui supra Nicephorus:

XIII.

Imperator illic Chalcedonensem Aetorum libellum, quem Macedonius in arca sanctiore deposuerat, per Calopodium quemdam fierim sublatum conscidit atque igni tradidit, & Macedonio, qui sic ducebatur, condemnationis sententiam misit. Atque in interrogavit, an illi, qui se damnassent, Chalcedonensem Synodum recepissent. Et vbi illi, qui ad eum sententiam attulerant, id insinuat: ipse; si, inquit, Arianis & Macedoniani condemnationis libellum ad me misissent, num recipere possum? At ille Euzachem ductus est. haecenus Nicephorus. Quod pertinet ad incensum ab Anastasio Aetorum volumen, putantur quidem Acta illa, quae tanta religione custodiebantur a Macedonio, fuisse originaria ipsius Chalcedonensis Concilij. His vero

adde, quae apud Paulum, seu Ioannem potius Diaconum in Miscella leguntur his verbis:

Inter ea Iuliana illustrissima femina, quae templum Dei generitrici apud Honoratos construxerat, valde pro Chalcedonensi Synodo satagebat: ita ut ei nec Imperator quidem, multo aduersus eam verius aduersus, Timotheo communicare persuadere valuerit: sed nec ipse Timotheus frequenter ad eam pergens hoc potuerit persuadere. Pompeium quoque confobrium illum, & eius uxorem, quae mulier erat ornata, multa Imperator Augustus humiliabat, ut ablegaret veneratores Synodi, & eos, qui in exilio Macedonio Episcopo largiebantur, quae necessaria erant. Deinde idem Timotheus quosdam ex principibus praecipit in templo S. Theodori Sparatij super ambonem Trifagij additamentum admittente, id est, Qui crucifixus est pro nobis: ita ut multitudines indignatae per diem litaniae illuc egredierentur: quando & Timotheus per commentorium scriptum omnibus praecipit Ecclesiam, Trifagion in litanijs dicendum cum additamento: quod multi metuentes fecerant. Monachi vero alium psalmum psallendo venerunt. Hos autem populus videns, clamavit: Bene venerunt Orthodoxi. Similitas etiam facta est multa, & incendium domorum multarum, & homicidia dena milia, turba vociferans aduersus Anastasium, & Vitalianum Imperatorem petente; ita ut fugerit Anastasius, & latitaret, ab ipsaq. Ariadna laceraretur iniurij, vixit multorum causa malorum Christianis affectus. haec ibi.

Quod vero Anastasius militibus praefecisset duces eadem qua ipse impetrate fore datus, per eos a populi favore saepe defensus sua fuit; & latebrisque inopinatus emergens noua rursus per eisdem aduersus Orthodoxos praedia excitata; non quidem Constantinopoli, sed foris, in hoc omnifstudio laborans, ut per Severum monachum haerem stabiliret quem strenuum eius defensorem sub pollicitatione Episcopatus Antiochiae Ecclesiae iuramento oppingnerat, ut ad Thronum illum euheret, cui tunc praedebat Flavianus defensor Catholicae veritatis. Verum ut larum aliquam iustitiae turpissimum facinori Anastasius superinduceret, ad id perficiendum, apud Sidonem in Phoenicia Synodum sequenti anno cogi mandauit, de qua suo loco dicemus.

De Severo autem monacho modo nobis agendum, qui sex, lues, atque perditio totius Orientalis Ecclesiae prauidamone est productus in medium, monstrum quidem omnium vitiorum deformitate compactum: ut plane intelligas huius exemplo, quales esse consueverint, quos sibi diabolus in omnibus inueniens obsequenter per eos afflatus spiritu malo loquitur contra Deum blasphemias. De Severo igitur haec de prompta ex Synodis Actis accipie. In libello enim sanctorum Patrum Orthodoxorum Constantinopolitano Synodo sub Menna Episcopo congregatae oblato haec leguntur de Severo & gregalibus eius:

Qui nesciat eorum vitam turpem admodum & sceleratam ab inuente aetate esse, & demonibus addictam: Et quod in veneficijs Severus deprehensus est, in ciuitate Berythorum demonij seruens; & eiusmodi calumniam fugere volens, finxit se potere, & fugere diabolicam opinionem suam, & venire (ut dicebat) in Tripolim ad venerabilem domum sancti & clarissimi martyris Leontij. Et nondum perfectis diebus huius, quibus ipse baptizatur, postquam vidit (veritatem paululum simulans) perspicue, quod rursus ad antiquum gentilitium opinionis sua vomitum reuerti non poterat, per aliam viam addidit, quod studebat, peruenit: Nam interrogauit statim Ecclesiam, in qua baptizatus est, & professus ad acephalos hereticos, quae, quae Eutychetis sunt, sequunt: vocantq. sanctas Dei domos diuersoriae heresij & impietatis, reprobandis propter hoc baptismum, quem dicit se accepisse: ut in ipso impetraret propheticum sermo, qui de huiusmodi dicitur: Alienati sunt a veritate, errauerunt a veritate, locuti sunt falsa, furor ipsi ad similitudinem serpentis.

Quod autem & ipsam Acephalorum religionem simulauerit, ex consequentibus omnibus manifestum fuit. Praesidebat enim sua Acephala secta, quod vnicuique dicitur, non admittere, sed nouatium ipsum & diuulsum appellans, & in suo proprio conscriptionibus anathematizans. haec de ipso Patres & alia plura: quibus pater, sic versipellem hominem adhaesisse Imperatori,

PRAXIS
HERETICORUM
IN PRO-
FESTIONE
SYMBOLI

SCHE-
LIX
THEVS
AD HO-
RAS
DEMI-
TAT.

NICEPH.
LIB. 26.
MACE-
DO-
NEN-
SIA COM-
BYSTA.

ACTA
CHAL-
CEDONEN-
SIA COM-
BYSTA.

Paul.
Diac. 16.
fol. 16. r.
XIV.
DE VITIA
SUA CON-
STANTIA
ET ALIA
VNA.

VITALI-
ANUS
DUCIT
DIA AT-
QUE OS-
DES IN
POPULO
FACTA.
XV.

PERO SE-
VERO RE-
STITUA-
NASTAL-
LABRAT

XVI.
DE VITIA
MARTIS
SEVERI.

SYR. CH.
BANNING
AD. J.
TUM L.
CONIL.

XVII.
BYREI
TRIMOR-
DIALIX
MAGO
HERET.

XVIII.

4 p. 17.

CC
Saba
d Sa
ter
Raf

lum commouendum longè esse maioris auctoritatis At sicut longè diuersus penitusque contrarius fuit Iudas à Iuda, nempe à proditore fidelis Apollolus, & à Simone Simon, nimirum à mago princeps Apostolorum, pastor à lupis, pius ab impio, atque Sanctus à nefandissimo peccatore discretus; ita planè Theodosius à Theodotio discrepauit. Catholicus ab hæretico: quod facta ipsa declarant. nam auctor:

XXVI. ANAS. A. EIVS. AV. RO. THEO. DOS. TEN. TAT.

Postremum (inquit) hanc quoque magnam turrim aggreditur Imperator. machina autem erant aurum, idque non paruum, ut posset contentum, sed quod redibat ad summam triginta librarum, eratque donum non nudum & aperte donum, ne non acciperetur, ut quod suspicionem pareret auaritia, sed id quoque occultabat pretextu speciosus & valde probabilis, nempe pauperes, & que erant necessaria ad sum fratrum egrotantium: huius viram conabatur ingenium redigere in seruitutem, in quem ita inuicitur auctor: Et si bonum existimas & gratum piorum animis id, quod à te, ò vir egregie, innovatur: ego illi dixerim: Cur non ab ipso sinu trahi amatores, & propria vincula libertudineas, qui sine pulchri amatores, sed id pecuniosorum & maneribus, quod solet fieri turpibus & d'ormibus, & que sunt aliena ornamenta & artificia?

XXVII. CONSILII. VM. TH. O. DOS. II. IN. ACCIPI. ENDO. MISSAM. AT. IMP. ELEME. ENT. SYNAM.

Cum ergo cognouisset ille magnus, id quod se habet ab illa posilla & abiecta anima, temere aduersus se comparari: eret (ut vulgo dicitur) aquila in nubibus; ut qui nec posset capi, nec vinci: sed re verè potius eum caput, qui simulabat. Nam aurum quidem non repellit, ne forte videretur temere suscipiari, & ostensionis aliquam præbere occasio: sed duplii dano affecit aduersarium, simul quidem priuans pecunijs, cum esset alioqui auarus; & simul etiam spem vanam & inanem ostendens, quâ ducatur, & qua scopo nihil habebat consequens. Sed quem leonem existimabat se iam habere in pedibus, cum cum in se concitasset vehementissimè, præclarè ostendit (ut est in proverbio) capream inisse pugnam aduersus leonem: nam cum iam tempus aduenisset, & de eo perisset, & confessionem, & adessent quibus de causa missi fuerant, hic nubi considerat a animi virtutem & fortitudinem. Sed antequam sanctissimi viri conatum aduersus impium & impietatis inde festo studio editum enarremus, hic ne quid patris offensio, in limine sistat.

XXVIII. a. scia. 1.

Scimus victimas impiorum execrabiles Deo, & Catholicam Ecclesiam respuere oblationes hæreticorum, que solemnitate ad Ecclesiam deferri consueverunt, ut potè ab omni communicationis consortio alienorum: At procul abfuit, ut id genus esset Anastasij hæretici Imperatoris alii triginta librarum oblatio, missa vt erogaretur in pauperes & huiusmodi egerent subiecti sibi monachi, illis Theodosius partiretur. Ad quod præstandum, nempe vt eleemosynis concilietur Deus, debet quilibet impis suadet, nedum repellit; exemplo Danielis id ipsum Regi & que impio ita suadentis, atque dicentis: Quamobrem, Rex, consilium meum placeat tibi: & peccata tua eleemosynis regnum, & iniquitates tuas misericordiam aperuerunt: forsitan ignoscet delicta tua. Sic igitur Theodosius eripalidas accepit oblatas ab Imperatore pecunias, tum vt hoc modo ad salutem consequendam viam illi aperiret apud Dominum, tum etiam vt per eiusmodi officium aditum sibi quoquo modo ad infirmam eadem eidem fidentis veritate in patefaceret, vt tamen amicum audiretur, nec veluti aduersarij hominis eius sermo respueretur quod & patefecit euentus. Sed pergit auctor de vigilanti sollicitudine Theodosij in comparando exitu, & habendo delectu, quo situeret aciem aduersus insurgentem Imperatorem:

XXIX. DE THEO. DOS. EPI. STOLA. POLOGE. TICA AD. IMPERA. TOREM.

Cum (inquit) omnes simul congregasset ciues solitudinis, & dixisset esse tempus, vt finem acciperet dictum illud Propheta, quod iubet mixtum fieri pugnatorem; & eos instruxisset ad suscipienda proprietate certamina: se ostendit esse ducem, se militem, se virum strenuum & fortem & primum in omnibus, atque atmotum prælium imitatus, in quo antequam pede collato cominus concertetur, missilia mittuntur eminus; ita ipse primum omnium cum Imperatore (inquit) per litteras est congressus. Et lubentissimè quidem meminisset illarum ipsarum probationum, quibus Theodosius apertas rugas esse ostendit ea, que ex proposito videbantur esse valdissimas, sed propter prolixitatem, & ea spectans, de quibus agitur in præsentia: multè enim manibus

opus esset & libris, declarat planè his auctor, haud fuisse Theodosij ad Anastasium imp. breuem tantum scriptam epistolam, sed que fidei Catholice defensionem fortissimam contineret; ob id que multis eam oportuit fuisse argumentis aculeatam: quam vti nam transmississet ad posteros integram, cum solium inuenit in dicendo libertatem, paucisque ostendit, quam esset homo liber, & qui nequaquam deiici deprimere poterat: nam accipe que in ea scripta sunt:

XXX. EX SPIRIT. E. THEO. DOS. II. AD. ANASTAS. IVM. IM. PERAT.

Cum hac duo sint nobis proposita, ò Imperator, vel turpiter & illiberaliter viuere consentiendo Acephalis, vel honestè mori sequendo rella Patrum dogmata: scito à nobis mortem esse præferendam. Vnum enim abest, vt hæc noua sequamur dogmata, vt non solum in loco mansurissimum præcedentes Patrum leges sequentes, sed eos etiam, qui præter hæc ablatueri sustinerunt, pie abdicatum & subiecimus anathemati: sed nec vllum ex Acephalis ordinarum per vim suscipimus. Abst. vt hoc fiat, ò Rex Chrille. Et si tale quid contigerit, veritatis Deum præfidei restantes, vel potius illum ipsum, qui nunc ab ipso maledictus & blasphemij appetitur, vsque ad sanguinem respicimus, & quomodo pro patria, ita pro rella fide lubenter animas profundemus, etiam si ipsa sancta leca igne perdenda visuri simus. Quid enim opus est solo nomine, quando ipsa secrete verè afficiuntur contumelia: Nos ergo nequam admittimus aliquid sentire (tantum abest vt dicere) quod descreperit à sanctis & ecumenicis Concilijs: Ex quibus primum quidem, ornatur trecentis decem & octo Patribus, qui cum aduersus Arium in sancto Spiritu Niceæ conuenerunt, anathemati miserum subiecimus, & ex corpore abscindunt Ecclesiastico, alienantem à Patris essentiam; qui est natura vilius, & introductorem dogmata aliena à rella fide. Secundum autem impulsu diuino congregatum aduersus Macedoniam, qui ipse quoque sceleratè loquebatur aduersus bonum Spiritum, eum abdicat. Tertium autem aduersus profanam & execrandam linguam Nestorij, qui ipse quoque absurda erat locutus aduersus Christi carnem susceptæ consilium, pulchre Ephesi conuenit. Post hæc quidem fuit etiam Calcedonen- se sexcentorum & triginta diuino Patrum: qui cum etiam ea dixissent, que conueniebant prioribus; & qui illi dixerant, ad huc accuratius exposuissent: infelicem & execrandum Eutychetem vnà cum Nestorio abscindunt à corpore Ecclesie, & fidem confitentiam Apostolicam; & quicumque non ita sentiebant, decernunt esse alienum ab Ecclesia. Aduersus hæc & ignis accendatur, & ensis acuatur, mors quoque nobis acerba afferatur, immò verò, si fieri possit, pro vna innumerabiles: nos verò nunquam prodemus re- reant religionem, neque ea, que rella placuerunt Patribus, ea abrogando, probra aspicimus. Testes sine coram sudores, quos pro fide susceperunt, & multa dimicationes: sed ea manebunt firma & immobilia & apud nos, & apud eos, quos fas est & Deum & nos sequi. Pax autem Dei, que superat omnem mentem, sit custos & auxilia potentia.

GENARO. NA CON. FESSIO. THO. DOS. II.

XXXI.

Cum hanc Imperator accepisset epistolam, remittens & vim asserit & conari per suadere, se potius submittere, aggressus esse de his excusare, & corum accusabatur, & sic composuit epistolam:

ANASTAS. II. IMP. EPISTOLA. AD. THEO. DOS. IVM.

Huius innovationis, ò homo Dei, nos non sumus auctores. Testem considerat inuocamus qui omnia cernit, Dei oculum. Sed ab illi oritur hic motus, quos plus, quam alij oportebat hæc honorare silentio. Nunc autem cupientes singuli primi videri & dicendi facultate & dignitate, se ipsos ferunt, & nos ad se inuicem attrahunt. Quid nos ergo aliud oportet facere, quam dum huius mouentur, nos non simul moueri, sed quietem amplecti; vt sit per suadere possimus eo, qui hæc mouere statuerit, dimissa tali contentione, vnà nobiscum quiescere?

XXXII.

Omnino enim tuam non latet pietatem, quod quidam monachi & clerici, qui rellam fidei sibi vendicant sententiam, hæc mouere scandala, se ipsos (vt diximus) studentes ostendere primas aduocare partes in harum rerum cognitione, & quod miserum & fidem in ore suo circumferant. Que quidem cum non possint comprehendere ab hominibus, nihil aliud, quam illos mendaces ostendunt & hypocantae. Ex quo etiam proficiscitur magna Dei in nos indignatio, eò quod existimemus mysterium non esse mysterium, nec ex sola fide consistere, sed ex absurdo nugis; & condemnamus eos, qui nos docuerant Deum fide & mysterio colere. Vos ergo nunc quoque oportet, symmquam, orare pro Ecclesia, vt nos benigni Deum oculis aspiciat, & pacem suam concilet Ecclesie, quam male sunt diuisa

diuisa propter studia ipsorum Praefulum. Quae autem à nobis misse sunt enlogia, nobis admodum libenter ostensa sunt. Nostrem autem qualis institutum, annuuntiant per magachy, qui à vobis misse sunt. Et hoc quidem modo se habuit epistola. Vidisti plane Saul aliquando prophetae: sed sicut eum eucligio malis aggressus est spiritus, ita plane exagitat Anastasium mentis delirium, & ex malo daemone immilla p. cenefis alienas è mente hominem, vana, fatua, atque blasphemata loqui ac furere penitus impulit. Declarant haec quidem, quae de eodem Imperatore auctor post subdit, ubi primum haec ait:

XXXIII

Sed qui haec quidem scripsit Imperator, & tunc de favore paululum remiserat, & bellum quod aduersus reitiam opinionem vel suam caput potius gereret, respexerat: non multo interiecto spatio, gratia subit penitentiae, & perinde ac si eum poeniteret, quod omnino parum esse potius statisset, & se factu nimis condempnaret, ad priora eum reuersus. Difficile enim est (vix proinde est) animum constantem auertere. Rursus ergo eadem aduersus patrem rursus, hic egyptius martyr citra sanguinem: si quidem consideranda est voluntas, & non rerum exitus. Nam cum omnes essent plane consilij inopes, & dubij, quid agerent: & alij quidem blasphemiam defendere, alij autem vererentur vel solummodo contra aduersa, fortasse autem etiam hac in re communitati diuinae libertate cedere. & veluti duci signum expedirent, tunc eadit manifestum, qualiter etiam sentiens, quando zelo confirmatur, se fortiter & inuicibiliter, & aduersus ea, quae pro bono & honesto suscipiuntur pericula. Contemptus enim illi scriptis & decretis, minus inuicibiliter, turbas, quae Imperatorem & Deum ex quo reueretur, & multibus, qui eos obseruauerunt, quae essent tale quid dicitur: illi omnium contemptu tamquam vana strepitibus, & dicens non esse suum, sed puerorum talia horrere conuersa, leonis suscipiens impetum, cum Dei templum esset ingressus, & suggestum conscendisset, in quibusdam legere sacerdotes, manu populo significans silentium: Si quis, inquit, QUATVOR SANCTAS SYNODOS NON TANTI ESSE EXISTIMAT, QUANTI QUATVOR EVANGELIA, SIT ANAVHEMA.

XXXIV

Hac cum dixisset, & tamquam Angelus populum adduxisset in admirationem, & vocem omnium admissit prae miraculi magnitudine, per silentium procedit per medium eorum tamquam dormientium: & existimantium se in somno videre, non autem verè id, quod fiebat. Et fuit hoc quidem vix stragula. Ex quo dictus quoque sanctus Synodus in sacro狄xy, hic collocare statuerunt. Cum post haec autem non nihil esset canitatus, & nec parum quidem subsistisset, obijt nuntius, quae erant circum circa, discipulos & alios suos, & factores ex solitudine, veluti quidam dicit exercitibus eos, qui sub se erant, inducens, primo canos, primo etiam ostendens proprium animi studium, omnes obiens, factus omnia omnibus, certiores reddens eos, qui dubitabant, ad hoc confirmans eos, qui erant stabiliores, excitans, qui erant socordiores, corum, quos aut promp. & alacri animi studio, augens diligentiam, addens animum hu, qui extimescebant, adhortans eos, qui decertabant, terrens aduersarios, quod tam esset magno & generoso animo, ut eum non pateret aditus: medicina celeritate omnem morbum praeniciens: dicens omnes, quod Dei Verbum esset quidem idem simul Deus & homo, vna autem hypostasis, siue persona, vnaque eorum habens naturam, diuinitatem scilicet & humanitatem.

XXXV

Ad ea autem, quae dicta sunt, probanda, adduxit illam sanctam Synodum alexandriensem, nempe Chalcedonensem, quae ipsa quidem de Christo sic agit: & ea ratione effugit declinationes haereticorum, quae sunt in vtraque partem. Nam ex inquit, quod vnam consistat ut personam, repellit impiam Nestory haesim: eò autem, quod non negat duas naturas, Eutycheus & Dioscori magis impiam excubat haesim: neque similiter vt Nestoryus. Christum vnum diuidentem in duos filios & hypostasies, neque similiter vt Eutycheus, & Dioscorus, & etiam Seuerus, in vnam confundens naturam, vnus scilicet Christi diuinitatem & humanitatem: Nam plus quam par sit, habet vnusquisque eorum, vnus quidem fugiens diuinitatem, aliter vero contrarium, & paulo post de Theopachitis: Eutycheus autem & Dioscorus, & etiam Seuerus, qui se vnae uiper adiuuunt, & impietatis clogit esse participes, vt qui uelene aduersus diuinitatem Nestory tollere diuinitatem, malum malo medicantur: & ipsi quae rursum similitudinem aduocare confessionem, vnam & eandem nominantes naturam diuinitatem & humanitatem, ad passionem (quae autem ad eos atinerebat) non verentes adducere impietatem diuinitatem.

Annal. Eccl. Tom. 6.

cum ex eorum sententia vna est Christi natura (hæ autem est re vera) Deum & homo, fuit ergo diuinitas motus quoque participi. Sed scelerata huora obstruuntur, & mali male cum suis peccant dogmatibus. & post nonnulla ad Catholicam veritatem probandam sapienter adducta, ista ad postremum auctor:

Hæc ergo & hu fructu docens se lingua libera, & quam acuerat confidenter loquendi audacia, quoniam Imperatorem magis ad iram pronocauerat, ab eo perpetuo damnatur exilio ab eo, inquam, qui iam inuicibilem suam exterminacionem, & quae hinc erant futura, rementem ignorabat migrationem, subdit autem de ipsius Imperatoris repentino obitu, de quo nobis suo loco dicendum. Haec tunc certamen magni Theodosij, quem vita Angelis haud impar, & in editione signorum ac propugnacione Catholicae veritatis Apostolis comparanda misse nobilitauit. Ita plane de cuius praecone veritatis huiusmodi confessionis insignibus decorari, quod etiam ceteris fieret luce clarissima manifestum, quam in parte, Seueri ne pfeudomonachi, milliesque sacrilegi; an vero Theodosij vita sanctissimi atque miraculis celeberrimi fidei veritas esset: cum alioqui plurimi hoc tempore viuere Theodosio haud meritis impares vixi praclarissimi, eiusdem Catholicae fidei assertores atque propugnatores, vt inter alios Ioannes Silentiarius atque Sabas, & qui sub eo militabant praestantissimi monachi & anachoretæ. Quinam autem fuerint his temporibus ipsius Sabæ in fide Catholica defendenda labores, dicemus anno sequenti: sed & de Theodosio inferius agendi occasio sequeus erit.

IESV CHRISTI

Annus 512.

SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. 21. ANNUS 14. THEODOR. REG. 20.

AD sequentem annum Domini quingentesimum duodecimum indicandum Consules dant Fasti Patrum & Muscianum: qui ob defensionem Catholicae fidei populus Constantinopolitanus aduersus impium Anastasium Imperatorem insurrexit, quae autem ab eo patra fuerint, Marcellinus filius eisdem Consulibus sic breuiter recitat: Die Dominico, dum iubente Anastasio Cesare, per Platonem in Ecclesia pulpito in hymno Trinitatis Theopaschitarum quater nitas addidit, multi Orthodoxorum pristina voce ysidentes, per fidem, praecantes clamoribus oburgantes, in eiusdem Ecclesiae gremio cœsi sunt, deductiq, in carceres perierunt.

Altera nihilominus die in atrio sacelli Theodosij maiori cede pro de vnica percussunt. Quae propter somnata Orthodoxorum agmina die sequenti ad eum, octauo idus Nouembrii (in qua die memoria ceteris dudum totam Theropam regentis, quod Byzantium celebratur) in forum cum constantia vnique consurgunt: quorum alij quidem, ceteris die nodis, hymnum Trinitatis Christo Deo psallentibus, totam peragranti ciuitatem, & Anastasium Cesareum monastico habitu ossedantes ferro sanissimi, intermunt: alij clauis portarum, omniaq, signa militaria ad forum, quo religionis castra metati fuerant, deferunt, ibique, Anastasio Cesare in Processibus degente, Arobindam sibi Imperatorem fieri clamitant: impugnantibus, deinde, statim, Anastasij totam deiecit, Celerem, & Patricium Senatores ad se supplicandi sibi vel satisfaciendi gratia missos, ratiū plura instar lapidibus, repulerunt, domibus Marini & Pompeij succensis, in Circum ad Anastasium venientes, & ante eius solium consistentes, hymnum Trinitatis iuxta morem Catholicam continentis: coruscantibus, in angelum, Crucemq, Christi ferentes, & foro plurimi conuenerunt, Marinum, Platonemq, prauitatem eius auctoritate ferre subijci debere conclamantes. Hoc claus Anastasius Cesar, solitu peruenit, simulatq, vocibus sepe saltem cuncta promittens, tertio die, ex quo in forum aduenerat, sine vilo rerum effectu ad sua fecit habitacula reperare.

Porro redintegrata Anastasius prauitate, infamem & irridendam Synodum apud Sidonem ciuitatem (cuius de nomine ridicula

XXXVI

I. CONATVS ANASTASII CONTRA DICTA TEM.

II. POPVLVS CONSTANTINOPOLITANVS.

III. SYNODVS IN SIDONE.

XXXII

XXXI

CIRCIT THEODO

XXX

XXX

XXX

XXX